Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38173
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

Cap. 35.

150

terdō finiunt. Tunc dicuntur adponi quando nulla
iam remanet sollicitudo temptationū & periculū
peccatorū. quod intuens ait scriptura ante mor
tem ne laudes hominem quemquam; Quomodo
scriptura dicit, post mortem isaac patris sui esau
abscessisse de terra chanaan, & habitasse in mon
te seir cum uenisse de mesopotamia iacob legit
misisse eum nuntios ad fratrem suū in terra seir
regionis, edum eumque ibi habitasse tum temporis.
Inpromptu est cogitare quod scilicet esau postea
quam in mesopotamiam frater eius abscessit;
Noluit habitare cum parentibus suis, siue & illa
commotione, qua dolebat benedictione frauda
tum, siue causa uxorum suarū, quas odiosas
uidebat eē parentibus & coepit habitare
in monte seir; Deinde post reditū iacob fratris
sui facta inter eos concordia reuersus est & ipse
ad parentes & cū mortuū patrem simul sepe
lirent, quia eos plurimū ditatos terra illa
sicut scriptum est, minime capiebat, abscessit
rursus in seir, & ibi propagauit gentem
iduimeorū; Erant autē filii iacob. xii. & con
putatis omnibus beniamin, quod & addidit

Cap. 36